



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

S V M M A E.

- 1 Presentatio à maiori parte patronorum facta esse debet, quando plures sunt patroni, alioquin non ualet.
- 2 Presentatus secundo loco, & institutus, ac in possessionem beneficij, & bonorum inmissus praesentatur primo presentato, qui non esset idoneus.
- 3 Minor quatuordecim annis absq; dispensatione superioris de iure cōi ad canonicā ēē ecclesiae cathedralis, & maior septēnio ad beneficium simplex non curatur, quod non sit dignitas, est idoneus.
- 4 Quid si beneficium simplex non curatur, & non habens administrationem habeat annexum ordinem sacrum ex priuilegio, consuetudine, uel statuto.
- 5 Minor quatuordecim annis nec ad sacros ordines, nec ad sacerdotium potest ordinari.
- 6 Qualitates, & conditiones à testatore in beneficio per ipsum instituto appositae, & annexae, non possunt ab herede etiam de consensu episcopi immutari: sed omnino debent obseruari. nu. 10. & quando hoc uerum sit. nu. 33. & 34.
- 7 Eps regulariter nihil cōtra legē etiam dispensando pōt. & nu. 43.
- 8 Testatoris uoluntas circa beneficia ab eo fundata, uel dotata, certa respectu uel loci, uel causae, uel personae non potest per episcopum nec in totum, nec pro parte alterari, sed est seruanda; & quando hoc uerum sit. nu. 33. & 34.
- 9 Ad beneficium etiam simplex, & sine cura habens ordinem sacrum annexum ex consuetudine, uel ex priuilegio, uel ex dispositione testatoris debet praesentari is, qui saltem habitus seu aptitudine sacerdos esse possit, alioquin presentatio, & institutio aliter facta non ualere: & an, & quomodo illud de dispositione testatoris sit uerum. nu. 21.
- 11 Testator rei suae etiā ab eo relictae ecclesiae potest, quam uult, legē de iure non improbatā apponere, secus si esset de iure improbatā.
- 12 Beneficiū simplex, & sine cura non habens administrationē pōt clerico in minoribus constituto amoriū septē, et maiori infante de iure cōi dari, & concedi, & nu. 24. Nisi ex statuto, uel priuilegio, uel consuetudine ordinem sacrum annexum haberet. nu. 21.
- 13 Minor, qui sit septem annorum, & maior infans, potest ad ordines clericales assumi, ac etiam intitulari.
- 14 Testator, aut patronus fundans, & erigens beneficium, & altare non pōt sine consensu episcopi qualitates, & conditiones illi beneficio ualide apponere, & consensu episcopi deficiente ualide sine illis qualitatibus, & conditionibus datur, & nu. 20. & quādo istae qualitates, & conditiones seruari debeant. nu. 33.
- 15 Etiam ex diuturnitate temporis hic consensus episcopi interuenisse praesumatur.
- 16 Consensus episcopi an ex diuturnitate temporis in constructione ecclesiae, uel altaris quo ad acquirendum ius patronatus interuenisse praesumatur, & nu. seq. & 19.
- 17 Consensus illius, qui pro solennitate requiritur, nūquā ex diuturnitate temporis presumitur, quādo de odio, & pūdicio alterius agitur.
- 18 Solemnitas, auctoritas, & consensus superioris ex diuturnitate temporis non praesumuntur, quando de damno, & prauidicio aliorum ageretur.
- 19 Ius patronatus laicis fauore cultus diuini, & ecclesiarum acquiritur, & quare.
- 21 Beneficiū simplex, & sine cura quomodo ordinem sacrum annexum ex statuto habere dicatur.
- 23 Consuetudinem super aliquo non extare probatur ex uno actu tantum contrario.
- 24 Ad beneficiū simplex nō habens administrationē unusquisq; clericus in minoribus ordinibus existens, & nullum ordinem sacrum habens, nec aptus etiam habere, etiam si minor 14. sit anno, praesentari potest.
- 25 Beneficiū sacerdotale etiam clerico in minoribus ordinibus constituto ex dispensatione, & gratia dari potest.
- 26 Dispensatus ad beneficiū ab habente auctoritatē dispensandi ita tuendus est in possessione beneficij, sicut beneficiatus de iure cōmuni.
- 27 Ex duobus presentatis ad beneficiū is, qui est de sanguine fundatoris, est praerendus: & quod sit de sanguine, iusta est causa secum ad illud beneficium dispensandi. & nu. 42.
- 28 Episcopus, qui cū minore ad beneficiū sacerdotale dispensauit, debet dare vicarium, & administratorem habilem, qui sit sacerdos,

& usq; ad legitimam etatem promouendi altari inseruiat.

- 29 Patroni duo ex quatuor, si unum ex dictis quatuor presentauerint, presentatio à maiori parte facta dicitur, & ualet.
- 30 Praesentatus, & presentatus, ac institutus, & institutus differre debet.
- 31 Patronus unus ab alijs compatronis presentatus si consentiat presentationi, & illam acceptet, consensus suus pro una uoce computatur, patronis inter se dissentientibus.
- 32 Presentatio de idoneo non ualidatur ex eo, quod alius magis idoneus reperiatur.
- 34 Patronus solus, & episcopus solus contra uoluntatem, & dispositionem testatoris circa qualitates, & conditiones beneficij adiectas uenire non potest, secus ambo simul.
- 35 Episcopus cum consensu patronorum circa spiritualia disponere potest, alterando qualitates, & conditiones beneficij annexas, saltem pro una uice tantum. nu. 38.
- 36 Eps consentiente patrono pōt iuri patronatus in totū praedicare.
- 37 Patronus potest in totum iuri patronatus renunciare.
- 39 Relictū pro annuario ex cā pōt pro una uice in aliud expendi.
- 40 Episcopus ex causa utili, & honesta qualitates, & conditiones beneficij adiectas potest in totum tollere.
- 41 Episcopus ex cā salte pro una uice, etiam sine consensu patronorum, & multo magis cum eorum cōsensu potest dispensare cū clerico in minoribus ordinibus constituto, & minore quatuordecim annis, ut possit admitti ad beneficium habens ordinem sacrum, seu sacerdotalem annexum. & nu. 53. & 57. usq; ad nu. 64.
- 42 Et quae sit iusta causa ita dispensandi.
- 44 Episcopi non dispensant, ubi canones legem imponunt, nisi id specificē sit ipsis concessum.
- 45 Et solum in casibus expresse permixtis dispensant, nisi maxima, & ugens causa adestet. & an hoc sit uerum, nu. 56.
- 46 Testatoris uoluntas est in forma specifica seruanda.
- 47 Episcopus uoluntatem testatoris non potest dispensando etiam pro una uice immutare. & quando hoc uerum sit. nu. 65.
- 48 Episcopus cum patiente defectum natalium non potest dispensare in beneficio curato, uel in simplici habente annexū ordinē sacrum.
- 49 Nec cum patiente defectum etatis in beneficio habente annexum ordinem sacrum. & an hoc sit uerum. nu. 67.
- 50 Episcopus cū patiente defectū ordinis, & cū patiente defectū etatis potest dispensare, sed non cum patiente utroq; defectum.
- 51 Dispensationis materia est odiosa, & restringibilis, ac loquens in casu simplici locum non habet in casu mixto.
- 52 Episcopus hodie non potest in etate dispensare.
- 54 Episcopus in beneficijs curatis, & requirentibus certam, & determinatam etatem tempore promotionis non potest dispensare.
- 55 Episcopum non posse in etate respectu ordinis dispensare, & in ordine posse dispensare, quomodo procedat.
- 56 Episcopus potest dispensare ubicunque non reperitur prohibitus.
- 57 Episcopus de beneficio patronato potest ex causa aliter disponere, quam beneficij natura exigit, etiam inuito patrono.
- 58 Patronorum consensus in quibus actibus requiritur. & nu. 69.
- 59 Patroni consensus requiritur in unione ecclesiae patronatae.
- 60 Idem in subiectione, & permutatione, quae fieret de beneficio patronato.
- 61 Idem, si episcopus ecclesiam patronatam simplicem uellet in collegiatam, uel cathedralem erigere.
- 62 Patroni consensus in alienatione rei ecclesiae an requiratur.
- 63 Patroni ius ad quae extendatur, & sit limitatum.
- 64 Dispensatio debet esse libera, & nullius citationem, aut praesentiam requirit, sed à mera dispensantis liberalitate dependet.
- 66 Episcopus pro una uice tantum dispensando non dicitur uoluntatem testatoris, & canones impugnare, nec tollere, nisi dispensandi potestas illi sit expresse prohibita.
- 68 Defectus natalium maior est, quam defectus etatis, & quam defectus ordinis.
- 70 Ad presentandum per procuratorem requiritur speciale mandatum, nec sufficit generale cum libera.
- 71 Dispensatio est gratia, & ex quadam gratiosa liberalitate promouens uidetur esse quadam donatio.
- 72 Ad donandum per procuratorem speciale mandatum requiritur.
- 73 Mandatū speciale requiritur, nec sufficit generale ad petendam dispensationē in persona electi, & ad petendam confirmationem electi.

- 74 Idem ad petendum, & impetrandum dispensationem super natalibus, & generaliter ad petendam dispensationem pro aliquo: quid ad consentiendum dispensationi, num. 76.
- 75 Mandatum habens speciale ad presentandum aliquem, & ad petendum eum confirmari, & ad beneficium institui, & generaliter ad omnia, & singula alia facienda, quae specialiter exigunt speciale mandatum, etiam si illa essent maiora expressis, & ad omnia gerendum, & faciendum, quae in praedictis, & circa praedicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita, & opportuna, & quae ipsius instituens & c. dicitur etiam mandatum habere ad petendam dispensationem cum presentato, illi, consentiendum.
- 76 Mandatum generale semper sufficit, exceptis his casibus, quibus iure cautum est, quod speciale requiratur.
- 77 Presentatio, & institutio secundo loco facta sine citatione prius presentati, & instituti non valet.
- 78 Maxime si prima cum causa cognitione, & citatis citandis facta fuit.
- 79 Presentatio, & institutio secunda facta post primam, quando valet.
- 80 Institutus primo loco ius plenum in beneficio ex sola institutione consequitur ita, quod institutio postea alteri facta etiam cum traditione possessionis non valeat.

E P I T O M E.

Ad beneficium simplex non habet administrationem, sed habens ex dispositione testatoris, & fundatoris ordinem sacrum annexum ita, quod ad illud sacerdos presentari debeat, si episcopus huic dispositioni, & qualitati ordinis sacri non consensit, clericus minor 14. anno etiam sine dispensatione de iure communi, & cum dispensatione Episcopi, quatenus ille consensisset, & beneficium esset sacerdotale, maxime si esset de sanguine, & agnatione fundatoris, ualide presentat, & instituitur, & alteri secundo loco presentato, & instituto praefertur.

Episcopus ad beneficium simplex non habens administrationem, sed existens sacerdotale, ordinemque sacrum annexum habens ex iusta causa cum minore 14. anno in minoribus constituto, ualide potest dispensare.

Et si beneficium sit patronatum, & unus de sanguine patronorum fuerit presentatus, iusta est causa cum illo etiam sine consensu patronorum, & multo magis cum eorum consensu dispensandi.

Patroni etiam ad consentiendum dispensationi factae cum presentato ad beneficium mandatum dedisse, & ipsi dispensationi consensisse dicuntur, ex quo dederunt mandatum ad presentandum aliquem, & ad petendum eum confirmari, & ad beneficium institui, & generaliter ad omnia, & singula alia facienda, quae specialiter exigunt mandatum, et si illa essent maiora expressis, & ad omnia gerendum, & faciendum, quae in praedictis, & circa praedicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita, & opportuna, & quae ipsiusmet constituentes &c.

C O N S I L I U M V.

Miso puncto una cum processu causae mihi exhibitio, plura sunt discentienda. Primum est, an prima presentatio, & institutio facta de persona Do. Vincentii clerici in minoribus constituti fuerit de iure ualida. Secundum est, posito, quod beneficium sit sacerdotale, an Episcopus potuerit de iure ad illud cum dicto Vincentio in minoribus constituto dispensare. Tertium, an patroni mediantibus eorum procuratoribus dicantur legitime dispensationi factae consensisse. Vltimum, an presentatio, & institutio secundo loco facta de persona Domini Hieronymi fuerit ualida, & de iure admittenda. ¶ Circa primum uidetur primo aspectu concludendum, quod presentatio, & consequenter institutio Episcopi facta de persona Domini Vincen-

1 tii fuerit inualida, & nulla: primo, quia, si ut praesupponitur, quatuor sunt patroni, ad quos ius presentandi pertinet, & presentatio facta fuit à duobus tantum, videlicet à Iacobo, & à Io. nino, quoniam persona Domini Vincentii non connumeratur inter personas praesentantium, ex quo ipse fuit praesentatus. argum. cap. per nostras, cum ibi not. de iur. patro. & in cap. si. de constit. ergo apparet praesentationem non fuisse à maiori parte patronorum factam, prout de iure debuit fieri, & sic ea non ualuit. cap. quoniam. cum materia. extra de iur. patro. ¶ Secundo huiusmodi presentatio prima tanquam facta de non idoneo non debet dici ualida, & secundo praesentatus, & institutus, qui est idoneus, debet dici potior, ex quo immixtus fuit in possessionem beneficii, & bonorum, ut in cap. quod autem. in princ. extra de iur. patro. cum similibus. Et quod Dominus Vincentius non fuerit, nec sit idoneus ad huiusmodi beneficium, quod habet annexum ordinem sacrum, & sacerdotalem, demonstratur, nam si quatuor minor 14. anno de iure communi absque dispensatione superioris sit idoneus ad canonicam etiam ecclesiam cathedralis, & maior septennio sit idoneus ad beneficium simplex non curatum, quod non sit dignitas, ut est glo. in cap. ex co. de elect. lib. 6. in cap. si eo tempore. de referip. & in cap. ult. de iudi. co. lib. quoniam cum in illa aetate possint ordinari. cap. de his. 28. dist. c. poterunt etiam in eadem intitulari. cap. cum secundum. de praeb. d. cap. ex eo. & cap. praeterea. cum si. extra de aetate. & qual. cum

4 ibi not. tamen si beneficium simplex, & non curatum non habens administrationem habeat annexum ordinem sacrum ex privilegio, consuetudine, uel statuto, ad illud non dicitur idoneus minor 14. anno, & qui non est constitutus in ea aetate, in qua de iure non possit infra breue tempus ad illum ordinem sacrum promoueri, ut per glo. in d. cap. si eo tempore, bona glo. in cap. i. in primo respon. de fil. presby. & habetur in cap. ei cui. de praeb. in 6. & d. cap. praeterea, de aetate. & qual. Sed in terminis nostris beneficium habet annexum ordinem sacrum, quia ex institutione testatoris, qui fundauit altare, non potest nisi sacerdoti, & presbytero dari: Item Dominus Vincentius ad huc tempore praesentationis, & institutionis factae non erat annorum quatuordecim, in qua etate quis non potest ad sacros ordines, nec ad sacerdotium ordinari, ut in c. uel non est compos. de temporib. ordi. & habetur in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & in c. eam te. de aetate. & qua. & ibi ferè per totum, ergo Do. Vincentius idoneus ad illud non dicitur. ¶ Praeterea si haeres non potest qualitates, & conditiones, quas testator in beneficio instituit, & qualitates annexas beneficio tempore, quo institutum fuit, etiam de consensu episcopi immutare, quia uoluntas testatoris, & forma ab eo tradita seruanda est in forma specifica, nec potest aliud sine licentia Papae commutari, per ea, quae habentur in clem. quia contingit. in princ. de relig. do. & ibi D. Card. & Io. de Imo. l. legatum. ff. de usufruct. lega. & late traditur per Pet. de Anc. & Imo. in c. nos quidem. de testam. & per And. Barb. in conf. 23. incip. scripsit Propheta. in 1. col. vol. 1. Nam uoluntas testatoris pro lege seruanda est. §. disponat. in Anthen. de nupt. c. ultima uoluntas. 23. q. 2. ¶ Episcopus autem regulariter aliquid contra legem etiam dispensando non potest. c. dilectus. de temp. ord. Praeterea

8 ¶ tex. in d. clem. quia contingit in princ. dicit, quod quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illud debent, & non ad alium (salua quidem sedis apostolica auctoritate) conuerti: qui tex. cum loquatur in distincte, debet indistincte intelligi iuribus vulgaribus, ut dispositio, & uoluntas testatoris nec in totum, nec pro parte

parte alterari possit. Et dicit Bal. in l. si quis ad declina-
dam. in 3. col. C. de epis. & cler. quod ubiqueq; disposi-
tio testatoris est certa respectu certæ personæ, vel lo-
ci, vel causæ, non potest per eam alterari, habetur et per
Alex. in d. l. legat. & per Abb. in c. tua nobis. in 3. no.
de testam. cum multis alijs, quæ possent ad hoc alle-
gari: ex quibus videtur inferri, quod patroni heredes testa-
toris, qui hoc altare, & ius patronatus instituit, non po-
tuerint præsentare Do. Vincentiū, qui non est sacer-
dos, nec in ætate, in qua possit infra breue tempus ad
illum ordinem promoueri, iuxta ea, quæ habentur, &
not. in clem. generali. de æta. & qual. quia hoc esset
contra voluntatem testatoris, & formā ab ipso in suo
testamento traditam. ¶ Rursus quando beneficiū est
simplex, & sine cura habet ordinem sacrum annexū,
ut quia in fundatione beneficii fuerit ordinatū, quod
ad illud debeat presbyter præsentari, & sic habeat an-
nexum ordinē sacrum ex consuetudine, vel ex priuile-
gio, vel ex dispositione testatoris, debet id seruari ap-
titudine, quis non actu, requiritur. n. q. præsentatus, &
institutus habitu, seu aptitudine sit, velle possit sacer-
dos, licet non sit actualiter, ut hñ per gl. in cle. hñ qui. de
æta. & qual. alioquin præsentatio, & institutio aliter
facta non valeret, ut voluit Doct. cōiter, & Abb. in d.
c. cū in cunctis. in §. inferiora. in vlt. col. gl. in d. c. si eo
tpe. & in d. c. i. de fil. presb. in sexto. Domi. de §. Gem.
in c. cum in ecclesia. de præb. in sexto. vlt. not. c. cū di-
lectus. ibiq; Abb. 10. de Imo. & D. Ant. de consuet. &
habetur per Abb. in c. præterea. de æta. & quali. & per
Fely. in tract. quando literæ Apostolicæ. &c. in 2. col.
in vers. corroborari potest. &c. q. dicit, q. si heredes
patroni, & si epi. ad quos ius instituendi pertinet, non
seruarent qualitates, conditiones, & modos benefi-
cio per testatorem, & patronos annexos, retraherent
hōes à constructione ecclesiasti. & beneficiorum: Et
ideo dicendum est, quod oīno seruari debeant ea, quæ
ipsi patroni tpe institutionis voluerunt, ut inuicentur
homines ad constructiones ecclesiasti. arg. not. in c.
qm̄. & in c. cū dilectus. de iur. pat. & ibi per Fel. qui mul-
ta ad propositum ponit. Præterea licet ius sit testato-
ri legem, quam vult, rei suæ apponere. l. in traditioni-
bus. ff. de pact. etiam si sit res, quam relinquere eccle-
siæ, & imponeret legem à iure nō improbatam, nam
improbatam non potest imponere. c. verum. de con-
dit. appof. c. cum dilecti. de dona. c. cleuterius. 13. q. 2.
c. nullus. de seruiciis non ordina. gl. in c. 2. 10. q. 1. bonus
tex. cum gl. in c. si quis basilicam. de consec. dist. 1. iun-
cto c. requisiti. de testam. & in l. nemo. ff. de lega. 1. &
habetur per D. Card. in cle. quia contingit. in prin. in
11. not. & in 8. q. de relig. dom. Sed in casu nostro Do.
Vincentius, qui fuit præsentatus, & institutus ad be-
neficiū, tempore præsentationis, & institutionis,
nec actu, nec habitu, seu aptitudine erat sacerdos,
quia adhuc erat minor 14. ann. ergo præsentatio, &
institutio de eo facta ipso iure non valuit, ut habetur
in d. §. inferiora. ¶ Præmissis tamen non obstantibus,
contrarium de iure verius esse videtur, quod præsen-
tatio prima, & sic institutio facta de Do. Vincentio
fuerit de iure valida: Ad quod dicendum moueor ex
12 pluribus, & in primis, quia cum istud beneficiū sit
simplex, & sine cura, neque habeat administrationē,
potest de iure communi dari, & concedi clerico in
minoribus constituto, qui sit septem annorum, & ma-
ior infante, ut voluit glo. in d. c. ex eo. de electio. in 6.
& ibi Doctores, & in c. si eo tempore. de refer. cod. li-
bro. & in d. c. fin. de iudi. & per Abb. in d. c. præterea.
de æta. & qual. nam cum in illa ætate possint ordi-
nari, & ad ordines clericales assumi. c. de his. 28. dist.
sequitur, quod etiam poterunt intitulari. c. cum secū-
dum. de præb. ut dicit gl. in d. c. si eo tempore. in vers.

ætatem. Et quamuis in locis præleg. excipiat casus,
quando beneficiū simplex non habens admini-
strationem, haberet ordinem sacrum annexum, ut
quia ex priuilegio, consuetudine, vel statuto debe-
ret, & solitum esset dari presbytero, seu alteri in or-
dine sacro constituto, ut per gl. in d. c. si eo tpe. & per
Abb. in d. c. præterea. tñ in casu nostro beneficiū non
dñ habere ordinem sacrum, seu sacerdotalem annexū
ex priuilegio, quia de priuilegio aliquo non constat,
nec ex statuto, quia nullū extat statutum super hoc be-
neficio de hac qualitate: Nec et apparet, q. tpe institu-
tionis, & fundationis epi, qui institutioni, & erectio-
ni huius altaris consensit, admisit, seu statuerit (pro-
ut de iure fuit necessarium) q. hñ beneficiū debe-
ret solum sacerdoti, & constitutio in sacris ordinibus
dari, & concedi. Et quamuis testator in suo testamē-
to disposuerit, q. ad illud beneficiū, & altare deberet
pntari vnus sacerdos, & voluerit illud beneficiū esse
sacerdotale, prout in testamento continetur, tñ pro-
pter hoc dictum beneficiū nō dñ esse sacerdotale, nec
recepisse hanc qualitatem, & conditionem, nisi appa-
reat epi tpe institutionis, & constructionis illius, vl-
tra quod consenserit cōstructioni, & erectioni, ac do-
nationi altaris (prout de iure debuit consentire, alio-
quin non potuisse erigi, nec in eo acquiri ius patrona-
tus, ut in c. nobis. de iur. pat. & ibi Abb. & alij, & in c.
2. & in c. nouerint. & per totū. 10. q. 1. c. nemo. c. si quis
basilicam. de consec. dist. 1. & in c. cum sicut. de con-
secr. eccl. vel alt.) etiam consensisse expressè qualitatē
& conditioni per testatorem ipsi beneficio circa spiri-
tualia appositæ, ut quod in eo debeant dici tot missæ,
vel anniuersarium pro aīa testatoris, vel quod benefi-
cium dari, & cōcedi debeat sacerdoti, alioquin si nō
appareret, quod epi consensisset qualitatibus, & con-
ditionibus per testatorem apposis, beneficiū non dñ
ceretur illas qualitates, & condiciones habere anne-
xas, adeo quod dari, & ad illud quis præsentari posset
absq; illi qualitatibus, & conditionibus, quia tales cō-
ditiones, & qualitates appositæ per patronum in fun-
datione beneficii sine consensu episcopi non tenent,
ut voluit Doct. cōiter Do. Ant. Compost. in 11. col.
10. de Imo. in 9. col. & Abb. in 3. not. & Moder. in c. cū
dilectus. de consuetud. Fel. in c. cum accessissent. col.
7. de consi. in vers. primò dummo &c. & faciunt not.
per gl. in d. c. nobis. in §. magna gl. & in d. c. si quis ba-
silicam. & ita voluit Abb. in c. significari. in 1. not. de
præb. & hoc latissimè ponunt Modernissimi quidā in
tract. de iur. pat. in verb. pro eo. in 12. q. vbi plura, & in
finita ad propositum adducunt, & rñdnt aliquibus,
quæ in contrariū facere videbantur: Sed in terminis
nostris non apparet, q. tpe fundationis, & erectionis
altari: epi consenserit, seu admisit hanc qualitatem,
& conditionem, q. beneficiū esset sacerdotale, & q. so-
lū sacerdos ad illud posset pntari, ergo &c. ¶ Et si dice-
retur, quod ex diuturnitate tps hac solēnitas cōsen-
sus debet præsumi, sicut præsumitur, quod consensus
epi interuenit in constructione, seu dotatione ec-
clesiæ, quantum ad acquirendū ius patronatus ipsi con-
struitori, & dotanti, ut voluit Archi. in d. c. nemo. de
consec. dist. 1. & traditur per Cardin. in c. requisiti. de
testam. Itē sicut & alia, maximè quæ sunt de solēnita-
te extrinseca, psumunt ex diuturnitate tps, ut hñ in l.
16 sciendū. per Bar. Alex. & alios. ff. de verb. obl. & q. cō-
sensus epi ex diuturnitate tps præsumatur interuenisse
in constructione ecclesiæ, vel altaris quoad acqui-
rendū ius patronatus, voluit Fel. in c. de quærra. col. 4.
de præscr. & faciunt not. per Abb. in c. cura. in 2. gl. in
secunda solutione de iur. pat. cum simil. quæ possent
allegari. Ad hoc respondetur primò, quod quamuis
ex diuturnitate temporis præsumantur illa inter-
uenisse,

uenisse, quæ sunt de solennitate extrinseca, ut supra, & ideo presumitur consensus illius, cuius consensus requiritur pro solennitate, ut supra, ¶ tñ non presumitur consensus epi quo ad acquirendū ius patronatus, ut uoluit Abb. in cons. suo 106. incip. casus. in 1. col. uol. 2. tñ quia de præiudicio ecclesiæ tractatur, cui sic diceret imponi seruitus iuris patronatus, iuxta not. in c. pie mentis. 15. q. ult. & in c. significauit. de testibus. ubi bonus tex. & ubicunq; agitur de odio, & præiudicio alterius, tunc ex diuturnitate tps nunquam presumitur consensus, ut no. per gl. in c. qui tacet. de reg. iur. in sexto, & facit. c. cū iadudū de pb. & ¶ Alex. in d. l. sciendum. in uer. item fallit. secundum Angel. inquit, qñ agitur de damno, & præiudicio tertij, & aliorum, solennitas ex diuturnitate tps non presumitur. faciunt et no. per Imol. in c. peruenit. de empt. & uend. & Bal. in l. 2. C. ad leg. hered. dicit, q ex diuturnitate tps non presumitur auctoritas, & consensus iudicis, seu superioris, & per Alex. in consil. 1. in pen. col. uol. 4. qñ ageretur de præiudicio aliorum: Sed si presumetur consensus epi interuenisse circa hanc qualitatem, q beneficium esset sacerdotale, & ad illud non posset admitti, nisi ille clericus, qui esset sacerdos, sequeretur dñum, & præiudicium aliorum clericorum in genere, qui sunt in minoribus ordinibus constituti, & qui alijs de iure sunt habiles, & idonei ad beneficia simplicia non habentia administrationē, ut habetur per glo. in d. c. ex eo. in d. c. si eo tpe. & per Abb. in d. c. præterea. ergo in dubio ex diuturnitate tps non debet presumi, q eps huic qualitati, & conditioni per testatorē adiectæ consenserit. Præterea posito, q consensus epi ex diuturnitate tps presumi deberet interuenisse in constructione ecclesiæ, seu altaris, ut supra, quo ad acquirendū ius patronatus, tñ ¶ hoc non debet extendi ad casum nostrum, videlicet, ut presumatur consensisse qualitati, & conditioni per testatorem ipsi beneficio adiectæ per proximē dicta, & ratio differentie est, quia primo casu agitur principaliter de fauore, & non de odio, nam fauore cultus diuini, & ecclesiarum inductum est principaliter, q ius patronatus ex gratia laicis acquiritur, ut laici ad constructiones, & dotaciones ecclesiarum inuidentur, ut in c. qñ. & in c. cum dilectus. per gl. de iur. pat. cum simil. ibi per Abb. alleg. Secundo uero casu dicitur agi potius de odio, & præiudicio aliorum clericorum, qui non sunt presbyteri, seu sacerdotes, ut dictū est, & ¶ ideo doctores supradicti uolunt simpliciter, & indistinctē, q ad hoc, ut qualitates, & conditiones adiectæ per testatorem in fundatione beneficii teneant, & sint seruandæ, requiratur, q eps tempore fundationis consenserit, & illas qualitates expressē admiserit ad cō, q non sufficeret simplex, & sola dispositio, & uoluntas testatoris disponentis, q beneficium esset sacerdotale, seu alium ordinem sacrū annexum haberet: & propterea gl. præallegata in d. c. si eo tempore. in d. c. ex eo. & in c. ei cui. de præb. in sexto. & Abb. in d. c. præterea. dicunt, ¶ quod simplex beneficium potest dari maiori septennio, & minori 14. anno, nisi beneficium ex priuilegio, uel consuetudine, uel statuto habeat ordinem sacrū annexum: in quo noto, q doctores, & glossæ cōsiderant, & loquuntur solum de priuilegio, consuetudine, uel statuto, & non de uoluntate, & dispositione testatoris simpliciter, ut in terminis uelle uidentur Moderni, qui sic declarant mentē doct. in suo tract. de iur. pat. in uerb. honorificum. in 4. q. in uers. circa aliud, an de necessitate & c. & dicitur, q si in fundatione beneficii fuit ordinatum, & dispositum, q ad illud præsentari debeat sacerdos, uel alter, & postea id statutum est, uel ex priuilegio, uel ex consuetudine cauetur, tunc illud est

obseruandum, & sic ultra ordinationem, & dispositionem factam a testatore in fundatione, requiritur et, q illud postea fuerit per statutum, uel priuilegium superioris, uel consuetudinem dispositum, aut confirmatum. Sed in casu nostro nullū super hoc extat priuilegium, nec statutum, ut dictū est supra, quia ¶ dum loquuntur de statuto, uolunt intelligere de admissio ne, & consensu epi tpe fundationis beneficii, ad quē epm spectat ius, seu iurisdicctio statuendi, iuxta c. 2. de consil. in sexto. & habetur in c. quod super his. de maior. & obed. & ita intelligit Abb. in c. cum in cunctis. §. inferiora. in ult. col. de elect. item nulla extat consuetudo, q solum ad huiusmodi beneficium possint admitti clerici sacerdotes, & non alij, tum quia de consuetudine aliqua non fuit in processu probatum, prout debuit probari, iuxta no. per Bar. in l. de quibus. ff. de legib. per gl. in c. consuetudo. 1. dist. & p Abb. in d. §. inferiora. in prin. pen. col. tum et, quia apparet dictum beneficium fuisse sæpius concessum, & datum clericis simplicibus habentibus tantum minores ordines, ut in processu constat, maxime de quodam do. Francisco, & ¶ ad probandū consuetudinē non extare super aliquo, sufficit et unum actum tantum, contrarium probare, ut singulariter colligitur ex iis, quæ ponit Bar. in l. semper in stipulationibus. in fi. uerb. ff. de reg. iur. ergo ex prædictis apparet dictum beneficium non esse sacerdotale, nec tale, q ad illud solum sacerdos præsentari debeat, qñ ¶ ad beneficium simplex non habens administrationem potest præsentari unusquisque clericus, qui sit in minoribus ordinibus, & non habeat aliquem ordinem sacrū, nec de iure et sit aptus habere, & sit et minor 14. anno, immo sufficeret, q esset annorum 5. uel 7. ut per Abb. in c. inordinata. post alios. de præb. in d. c. præterea. de acta. & qual. & in d. §. inferiora. & per gl. in d. c. si eo tpe. cum simil. ¶ Secundo principaliter moueor, qñ posito et, sed non concessio, q beneficium sit sacerdotale, & non possit nisi presbytero dari per ea, quæ fuerunt in contrarium allegata, tamen hoc est uerum regulariter loquendo, ut ibi, sed ¶ ex dispensatione, & ex gratia potuit dari et clerico in minoribus ordinibus constituto, cum quo fuisset dispensatum, quia dispensatio facit inhabilem habilem, & incapacem, & non idoneum capacem, & idoneum, ut per Spec. in tit. de dispensat. in §. postremo. circa prin. per tex. in c. si. extra de cler. peregrin. c. literas. de supplen. negl. præl. & in c. diuersis. de cler. coniug. etiā in terminis nostris, ut infra dicitur in seq. art. in quo examinabitur, an eps possit dispensare cū clerico in minoribus constituto in beneficio simplici ordinem sacram annexum habente, & ¶ dispensatus ad beneficium ab eo, qui dispensandi auctoritatem habet, iuxta ea, quæ habentur per gl. in §. nisi rigor. 1. q. 7. & per Spec. in tit. de dispensat. §. 1. ita tuendus est in possessione beneficii, sicut beneficiatus de iure cōmuni, ut dicit Bald. in l. liberos. C. de collat. ¶ Præterea, & tertio ¶ cum do. Vincentius sit idoneus ad dictum beneficium de iure cōi, uel saltem ex dispensatione episcopi, & sit de casata, & sanguine illorum, qui beneficiū fundauerunt, sequitur, quod ipse ex dicto do. Hieronymo extraneo præferendus, hæc potuit dici iusta causa secum dispensandi, ad no. per gl. communiter approbatam. in c. neminem. in uerb. sine possessione. 70. dist. ibiq; Archid. Modernis. & alij, & faciunt no. per glo. & doct. in c. si proponente. de refer. ubi Abb. allegat bonum tex. in c. bone, il secundo. de postula. præl. circa fin. in c. inuitis. 61. dist. & in c. hortamur. 71. dist. ibique est glo. no. & Archid. & plenē videas ea, quæ ponunt ad propositum Moderni in d. tract. de iure patrona. in uerbo honorificum. in 18. q. ¶ Et

28 ¶ Et si diceretur, quomodo in casu nostro inferuiet altari, cum illi sit inferuendus per sacerdotem ex dispositione testatoris, quæ in hoc seruanda est, ut per do. de Rota in tit. de testa. in decisione incip. est & sciendum, respondendo, quod per episcopum, qui secum dispensauit, debet dari vicarius, & administrator clericus habilis ad curam animarum, qui sit sacerdos, & inferuiet altari usque ad legitimam etatem promouendi, & hic dicitur vicarius temporalis. ¶ Et sequendo conclusionem predictam superest, ut allegatis in contrarium respondeatur, quibus licet ex premisis possit colligi responso, tamen specialius unicuique respondendo, non obstat primo, quod presentatio facta de do. Vincetio non fuit facta à maiori parte, cum facta fuerit à duobus tantum mediante suo procuratore, & quatuor sint patroni, ut in puncto presupponitur per tex. cum materia in c. quoniam. de iur. patrona. quia respondetur, quod immo dicitur à maiori parte facta, quoniam cum tantum sint quatuor patroni uoce ad presentandum habentes, & duo ex illis mediante suo procuratore presentauerint unum ex dictis quatuor patronis, prout per procuratorem de iure poterunt presentare, iuxta ea, que habentur in c. si de co. cess. preb. & ibi do. oes. Card. in cle. i. in prin. de iure patrona. Felin. in c. cum venerabilis. in prin. de excep. & arg. c. accedens. de preb. cum similibus, & prout de iure est potuerunt unus ex patronis presentare, dummodo ipse se ipsum non presentauerit, ut in c. per nostras. per do. & ibi Abb. de iure patrona. sequitur, quod presentatio facta ab illis duobus de alio patrono dicitur, & censetur à maiori parte patronorum facta, quoniam ius presentandi dicitur penes alios tres ex quatuor remanuisse, cum patronus presentatus non connumeretur inter patronos, qui possint de iure presentare, & uideatur quodammodo iure presentandi pro illa uice priuatus, quia inter presentatum, & presentatorem debet esse differentia. d. c. per nostras, sicut in ter instituentem, & institutum, ut in c. si de institu. cum similibus ibi allegatis, ergo presentatio facta à duobus de dicto domi. Vincetio dicitur à maiori parte facta. Secundo respondeo, eam alio respectu à maiori parte facta dici debere, quoniam cum ipse do. Vincetius unus ex patronis, uoce habentibus fuerit presentatus à duobus compatronis, & post presentationem de ipso facta conferretur presentationi, illamque acceptauerit, ille suus consensus coputatur pro una uoce, ex quo alii qui sunt patroni, qui discordant, & alium presentauerunt, nā quamuis quis se ipsum non possit presentare, ut d. c. per nostras, tamen quando iam esset presentatus ab uno, vel à pluribus copatronis, posset presentatio nisi consentire, & eam acceptare, illeque consensus suus connumeraretur pro una uoce, ubi esset alij patroni discordes, ut quia alium presentauerint, ueluti in terminis uoluit Andr. Barba. summus canonista in consil. 33. incip. scripsit psalmista, in penul. col. in 2. uolum. qui allegat glo. in terminis in c. consiluit. de iure patrona. & hoc tenuit Abb. in c. cum in iure. in pen. colum. de electio. & sequuntur Moderni prefati in dic. tractat. in uerb. honorificum in 4. q. in uers. circa aliud, an quis possit presentare se ipsum & c. ¶ Secundo non obstat, quod presentatio facta de domino Vincetio facta fuit de non idoneo, ergo preferendus est do. Hieronymus, qui est omni respectu idoneus, & immixtus fuit in possessionem per text. in c. quod autem. de iure patrona. quia respondetur, ut ex premisis colligitur, quod do. Vincentius ad huiusmodi beneficium simplex dicitur idoneus de iure communi, uel saltem effectus est idoneus ex dispensatione epi, ut supra dictum fuit: & colligitur ex infra dicendis: Et sufficit ad hoc ut presentatio ualeat, quod presentatus sit idoneus, quamuis alius re-

periat magis idoneus, ut habetur pulchre per Abb. & alios in d. c. quoniam. de iure patrona. & ideo cum dominus Vincentius sit idoneus, & fuerit presentatus, & institutus ab episcopo, & immixtus in possessionem ante dictum dominum Hieronymum, sequitur, quod dominus Vincentius illi est preferendus, & eo potior est, quia fuit prior, ut inferitur in d. c. quod autem. Præterea ille tex. uidetur uelle, quod secundo presentatus, si idoneus sit, preferatur primo presentato, qui non erat idoneus, ex quo secundo presentatus fuit immixtus in possessionem, & primo presentatus minimè, ergo inferitur, quod si primo presentatus fuisset institutus, & immixtus in possessionem ante, quā alius secundo loco esset presentatus, & institutus, primo presentatus esset preferendus, & maximè si posset dici idoneus. ¶ Ultimo non obstat alia supra pro contraria opinione adducta, quæ omnia ad idem tendunt, uidelicet, quod uoluntas testatoris, quod appositæ qualitates, & conditiones in fundatioe beneficii, ut quod beneficiu esset sacerdotale, uel aliter disponendo, debeat in forma, & ad unguem obseruari, quia in traditione rei sue quilibet potest legem, quam uult, apponere, dummodo non improbatam à iure, & maximè quia custodiende, & seruande sunt uoluntates patronorum fundantium, & dotantiu ecclesiarum, & beneficia, ne, si contrarium fieret, laici retraherentur à foundationibus, & dotationibus ecclesiarum, ad quas potius sunt iuitandi fauoribus, priuilegijs, & gratijs etiā contra ius cō. d. c. quoniam. & habetur in capit. cum dilectus. per Abb. & alios de iure pat. & arg. d. clem. quia contingit. in prin. de religio. domib. cum sim. supra allegatis, quia primo potest responderi, quod predicta possent preedere, quando conditiones, & qualitates adiecte in fundatione beneficii per testatorem, & patronum fuissent tempore fundatiois recepte, & admixte per episcopum, qui expresse cōsensisset, ut tales conditiones, & qualitates seruarentur, sic statuendo, & disponendo: uel quando ex priuilegio, seu statuto, uel cōsuetudine essent approbate, & confirmate, ut in terminis uoluit Fel. in d. c. cū accessisset in 7. col. de constit. & faciunt plenè not. p. d. Ant. Abb. lo. de Imo. & doc. comuniter in d. c. cum dilectus. de constit. & per Abb. in c. significatū de preb. cum si plenè supra allegatis, sola. n. dispositio, & uoluntas testatoris non sufficeret, nisi episcopus expresse cōsensisset, ut iam dixi: Sed in casu nostro non apparet nisi de simplici uoluntate testatoris expressa in testamento suo, ergo & c. Secundo respondeo, quod posito, sed non concessio, interuenisse cōsensum et episcopi in fundatione super hoc, uel saltē ex diuturnitate temporis presumi interuenisse per ea, quæ habent per Ab. in d. c. cura, in 2. gl. de iur. patrona. cum similibus supra allegatis, tamen dico, quod predicta procederēt, quādo solus haeres patroni, uel solus episcopus uellet contra uoluntatem & dispositionem testatoris uenire, non obseruando qualitates, & conditiones in fundatione beneficii adiectas, & ad hoc oīa supra in contrarium allegata tendunt, sed quādo haeres patroni, & testatoris una cū episcopo hoc uellet facere, ipsi de iure cōtra uoluntatem & dispositionem testatoris uenire, & conditiones, ac qualitates adiectas, & annexas beneficio immutare possent uidentur, ut in terminis uoluit Ab. & ceteri in c. cum accessissent. de constit. & in d. c. cū in cunctis. §. inferiora. & d. c. præterea. de ata. & qualita. & no. per gl. in clemen. generalem. de ata. & qualita. in d. c. si eo tempore, & in d. c. ex eo. & latius dicā in seq. articulo: Nā patronus circa spiritualia potest cū consensu episcopi disponere, uel melius loquendo, quod episcopus potest circa spiritualia disponere alterando qualitates, & conditiones beneficio annexas cum cōsensu patronorum, ut in d. c. cū dilectus, & ibi doct. de consue. in d. c. edacri,

ceri, & ibi Abb. de refer. in d. c. significatum. de præb.
 36 quod confirmatur, nam si per episcopum potest con-
 sentiente patrono in totum iuri patronatus præiudi-
 cari, ut volunt doct. oēs in d. c. cum accessissent. de con-
 situ. post Cald. ibi, & habetur per Moder. in d. trac. in
 verb. honorificum. in 3. q. qui multa ad propositum cu-
 mulant, item si per patronum potest supprimi ius pa-
 tronatus, & illi renunciari in totum, ita quod ecclesia re-
 maneat libera, ut in c. illud, & ibi Abb. & alij de iur. pa-
 tro. ergo à fortiori patronus cum consensu episcopi,
 vel contra poterit tollere, & alterare conditiones,
 & qualitates in beneficio appositas: ita dicunt præfa-
 ti Moderni in d. trac. in verb. pro eo. in 12. q. Præterea
 posito, quod patronus cum episcopo, vel contra non possit
 in totum tollere conditiones, & qualitates annexas
 beneficio, per rationes, & iura supra in contrarium ad-
 ductas, & adducta maxime per tex. in d. clem. ga. con-
 tingit. in princ. cum si. que iura, & rationes in casu isto lo-
 38 quuntur, & procedunt, tñ per episcopum cum consensu
 patroni potest pro vna vice tantum alterare qualitates,
 & conditiones beneficio adiectas dispensando cum
 clerico circa ætatem, seu circa ordines, ut notabili-
 ter voluit Fel. in d. c. cum accessissent. in 7. & 8. col. ubi
 39 ita dicit se consultiuissse Ferrariz, & pro hoc faciunt no-
 per Anto. de But. in c. si ante mediū, vers. Vincentius
 aut &c. extra de testam. qui dicit, quod relictum pro an-
 nuuario ex causa potest pro una vice ad aliud expendi,
 & postea ad solitum debitum rediri. Et doc. cōiter
 40 concludunt, quod ex causa vtili, seu iusta episcopus potest etiam
 in totum tollere qualitates, & conditiones beneficio
 adiectas, ut per Abb. & alios in d. c. cum venissent. &
 ita tenet ibi Fel. in 7. col. maxime in vers. secundo &c.
 ac et per eundem Abb. & alios in d. c. cum in cunctis.
 §. inferiora. ergo magis poterit pro una vice tñ ex
 causa iusta hoc facere, quia sic minus præiudicatur,
 41 & sit contra voluntatem patroni fundatoris: & quod ex
 cā episcopus possit saltē pro una vice tollere, & supprimere
 in terminis nostris dispensando, quod et clericus in mi-
 noribus ordinibus constitutus minor 14. anno possit
 admitti ad beneficium, quod habet annexum ordi-
 nem sacrum, seu sacerdotalem et sine consensu pa-
 tronum, voluit Abb. in d. c. præterea. de æta. & qualita. &
 glo. in d. c. ex eo, & in d. c. si eo tempore, & dicā in se-
 42 quenti dubio: si iusta aut causa hoc faciendi esse potest
 in terminis nostris, vtille, qui erat de casata, & de
 patronis, qui fundauerunt beneficium, possit ad illud
 admitti, & ceteris clericis extraneis præferri, prout
 magis conueniens, & iustum est, magisque interest eccle-
 siæ, ut plenē dixi supra per not. per gl. in d. c. neminē.
 70. dist. & ibi Archi. cum similibus, quæ supra allega-
 ui, & habetur per And. Barb. in consi. 23. incip. scripsit
 propheta in 1. volu. in 6. & 7. col. ex hac igitur causa po-
 tuit episcopus saltem pro vna vice dispensare cum dicto do-
 43 Vincentio, ut possit ad huiusmodi beneficium ad-
 mitti, posito, quod illud sit sacerdotale, et sine consen-
 su patronorum, quā iusta causa operatur, ut solus episcopus
 per se hoc possit facere, ad tradita per Abb. & ibi Fel.
 in d. c. cum accessissent: ergo multo magis hoc pote-
 rit cum consensu patronorum, ut fatentur omnes scri-
 bentes. Nec obstat, quod hæres patroni non potest venire
 contra factum defuncti iuribus vulgaribus supra al-
 legatis, quia cum auctore episcopo hoc faciat, non vñ ei
 imputandum, argu. l. iuste possidet, ff. de acq. poss. &
 eorum, quæ habentur in c. conquerente. extra de res-
 tit. spol. ita dicit Fel. in d. c. cum accessissent, in 7. col.
 & hæc sufficiant quoad hoc primum dubium. ¶ Ca-
 pio secundum dubium, posito, quod in terminis nostris
 beneficium dicatur esse sacerdotale, an episcopus potue-
 rit de iure dispensare cum dñō Vincentio minore
 14. anno in minoribus constituto, ut ad beneficium

illud potuerit admitti; & non potuisse vñ prima fa-
 cie dicendum, quia voluntas testatoris lex est, & pro
 lege obseruanda. §. disponat. in auth. de nupt. c. vltima
 voluntas. 13. q. 2. cum similibus. sed quod episcopus non potest
 43 regulariter aliquid contra legem etiam dispensando,
 quia inferior non potest tollere legem superioris. c.
 dilectus. de tempor. ordin. c. quod super his. de maio.
 & obed. Et dicit Host. in c. 1. de supplen. neglig. præ-
 lato. in 6. quod vbi canones legem imponunt, episcopus non
 44 dispensat, nisi id specificē reperitur sibi concessum;
 & ita refert, ac sequitur Abb. in c. at si clerici. in §. de
 adulterijs. de iudic. in 4. col. vbi et subiungit, quod episcopus
 45 non potest dispensare, nisi in casibus, in quibus repe-
 ritur sibi expressē permixtum, & concessum, nisi ad-
 esset maxima, & vrgens causa, ad quod alleg. dom. de
 Rota in decisi. sua 255. ergo sequitur, quod in casu no-
 stro episcopus non poterit aliquo modo dispensare contra
 voluntatem defuncti iure non improbatam, & quæ
 de iure seruari potest, nisi id faciat ex causa: ita arguit
 in proposito Moderni in d. tract. in ver. pro eo &c. in
 15. q. Præterea, ut dictum fuit supra, quod voluntas testa-
 46 toris est seruanda in forma specifica. c. nos quidem. de
 testam. l. legatum. ff. de vltim. lega. & clem. quia con-
 tingit. in princ. de religio. domi. ergo quod episcopus illam im-
 47 mutare non poterit dispensando et pro vna vice: alio-
 quin non diceretur voluntas testatoris in forma spe-
 cifica adimpleri, & ita arguit Pet. de Anch. & Io. de
 Imol. in d. c. nos quidem. & per hæc, & plura alia ita
 videntur tenere Moderni in d. q. 15. circa finem illius.
 48 ¶ Tertio hanc opinionem confirmo ex his, quæ vo-
 luit glo. notabilis in c. 1. in 1. resp. de filijs presbyter.
 in 6. in verb. tale, volens, quod episcopus non possit cum eo,
 qui patitur defectum natalium dispensare in benefi-
 cio, quod habet curam animarum, seu in simplici be-
 neficio, quod habet annexum ordinem sacrum: nam
 ex quo cum eo per episcopum non potest dispensari in ordi-
 49 ne sacro, non poterit et in beneficio habente curam
 animarum, seu ordinem sacrum annexū dispensari:
 inferitur ergo ex identitate rationis, quod per episcopum non
 poterit dispensari cum eo, qui patitur defectum æta-
 tis in beneficio habente annexum ordinem sacrum,
 quā cum minore 14. anno episcopus non potest dispensare
 in ordine sacro, ut in clem. generalem. cū glo. de æta.
 & qualitat. in verb. anno, in fin. ergo nec in benefi-
 cio habente annexū ordinem sacerdotalem. ¶ Præ-
 50 terea & quarto licet episcopus possit dispensare cum eo,
 qui patitur defectum ordinis, ut hñ in c. vno. de æta. &
 qual. in 6. in c. præterea, & ibi not. de æta. & qual. item
 & cum eo, qui patitur defectum ætatis, ut in d. c. præ-
 51 terea. c. ex ratione. c. indecorū. de ætat. & qual. & not.
 in c. cum in cunctis. §. inferiora. & in c. cum dilecti. de
 elect. tñ cum eo, qui vtrunque defectū pateretur, vide
 licet ordinis, & ætatis, episcopus non dñt posse dispensare,
 quia hoc plus est, quā dispensare super altero defectu
 tñ. Nam cum quod dispensationis materia sit odiosa, &
 restringibilis, c. 2. de filijs presbyter. in 6. iura loquentia
 de casu simplici non habebūt locū in casu mixto, arg.
 no. per Bar. Alex. & alios in l. 2. in princ. cū simi. ibi al-
 legatis. ff. de verbo. obl. sed in casu nostro dñs Vincen-
 tius patitur vtrunq; defectū, videlicet ætatis, & ordi-
 nis, ex quo sumus in beneficio, quod hñt annexum or-
 dinem sacrum, ergo episcopus cum illo non potuit dispen-
 sare: & prædicta confirmantur maxime tenendo, quod
 52 quāuis episcopus possit dispensare in ordine, non ta-
 men in ætate, maxime hodie, ut voluit glo. in c. licet
 canon. de elect. in 6. & in d. c. cum dilecti. ibiq; docto.
 quia longē maius est pati defectum in ætate, quā
 in ordine, ut voluit glo. 1. in c. vno. de ætat. & qualitat.
 in 6. & hoc videtur verius: Vnde cum in casu no-
 stro dominus Vincentius pateretur defectum æta-
 tis, &

tis & ordinis, episcopus cum eo non potuit dispensare.
 ¶ Sed contrariam sententiam dico esse veriorē, ut
 in terminis nostris ī indiuiduo tenuit Abb. in d. c. prae-
 terea. de eta. & qual. dicens, ¶ quod cum minore 14.
 anno, qui nō p̄t ad sacros ordines promoueri ad tex.
 in d. cle. g̃nalem ep̃s cum causa iusta pōt disp̃sare in
 beneficio simplici non habente administrationē, qđ
 habet ordinem sacrum annexū ex statuto, seu priuile-
 gio, vel ex consuetudine, idem tenet Abb. & sequunt̃
 alij in d. c. cum accessissent. & ibi Fel. in 7. & 8. col. ma-
 ximē quando pro vna vice tñ veller dispensare, & cō-
 ditiones, ac qualitates adiectas bñficiū alterare, idēq;
 voluit ipse Abb. in d. c. cum in cunctis. in §. inferiora:
 Sed in casu nostro extabat iusta causa dispensandi cū
 Do. Vincentio, quia ipse est de casata, & sanguine il-
 lorum, qui altare, & beneficium crexerunt, ut supra
 dixi, ergo &c. Nec obstat secundū Abb. in d. c. prae-
 terea. id quod no. gl. in d. c. licet canon. q̃ ep̃s nec super
 aetate, nec super beneficio habente ordinem sacrum
 annexum disp̃sare pōt, quia rñdetur, quod ī ille tex.
 cum ibi not. procedit in beneficiis requirentibus cer-
 tam, & determinatam aetatem, videlicet in beneficiis
 habētibus curam animarum annexam, in quibus cer-
 tum tempus determinatū tempore promotionis re-
 quiritur, ut ibi, sed nos loquimur in beneficio simplici
 ei non habente administrationem, nec curam animarū,
 in quo non requiritur certa, & determinata aetas tem-
 pore promotionis, quia si illud habeat ordinē sacrum
 annexum, ep̃s in eo poterit dispensare, ut ibi per Ab.
 Non obstant not. per Io. And. in d. cle. generalem. in
 gl. vbi dicit, q̃ ep̃s non pōt in aetate respectu ordinis
 dispensare, quia respōdetur fm Abb. in d. c. prae-
 terea. q̃ respectu ordinis ep̃s non pōt dispensare, ut ante
 debitam aetatem promoueri possit, quia sic diceretur
 dispensare non solum super defectu ordinis, sed etiā
 super aetate, quod ip̃i ep̃o non est concessum, neque
 permittum, ut dictum est supra per not. per gl. in d. c.
 licet canon. & in d. c. vno. de eta. & quali. in text. sed
 quantum ad hoc, ut possit quis promoueri ad bñficiū,
 quod habet ordinem sacrum annexum, ep̃s non pōt
 ex causa iusta dispensare, quamuis ille ordo sacer re-
 quirat certam aetatem, quoniam tunc non d̃r disp̃n-
 sari super aetate, sed solum super ordine, quando ille,
 cum quo disp̃nsatur, erat saltem in septennio consti-
 tutus, in qua aetate quis dicitur idoneus ad bñficiū
 simplex, veluti supra dictum fuit: Sed in casu nostro
 Do. Vincentius erat tempore promotionis annorū
 13. & sic in aetate habili ad hmōi beneficium, ergo cū
 illo ep̃s potuit de iure dispensare, ut dicit Abb. in d. c.
 prae-
 terea. quia sic dispensando non d̃r dispensare
 in etate, quia in etate habili ad hmōi beneficium erat
 constitutus. arg. not. in c. si eo tempore. de refer. in fe-
 xto. sed solum super defectu ordinis, quod quidē est
 ep̃o concessum. d. c. prae-
 terea. cum fm. supra alleg. Et
 cum in casu nostro extaret iusta causa, propter quam
 cum Dom. Vincentio esset dispensandum, videlicet,
 quia ipse erat de casata, & sanguine patronorum, &
 consequenter esset ceteris extraneis praefereendus, per
 ea, quae supra plenē dixi, sequitur, q̃ episcopus solus
 etiam absque consensu patronorum dispensare po-
 tuit, ut voluit Abb. in d. c. prae-
 terea. qui non requirit
 consensu alicuius alterius, & clarius hoc voluit Abb.
 post alios in d. c. cum venissent. de consti. ibique Fel.
 qui ad hoc ponderat verba Abb. ibi in 7. & 8. col. &
 idem Abb. in d. §. inferiora. Multo magis ergo hoc di-
 cendum erit, si in casu nostro dispensatio facta fuisset
 cum cōsensu patronorum, quoniam episcopus cum
 minore 14. anno in beneficio simplici non habente
 administrationem, quod habet ordinem sacrum an-
 nexum, potuit dispensare, ut tenent Doct. cōiter in d.

c. cum venissent. ibiq; Fely. ac etiam in d. §. inferiora.
 Quare siue dicamus consensum patronorum inter-
 uenisse in dispensatione episcopi, siue non, legitime
 dicitur cum dicto Dom. Vincentio disp̃satum. Sua-
 dentur praedicta, nam ¶ secundum Doct. magis com-
 munit̃, ut dicit Spec. in tit. de disp̃ns. in §. nunc de
 episcoporum. in 11. col. vers. & propter hoc. &c. epi-
 scopus potest dispensare, vbiq; non reperitur pro-
 hibitus, ut ibi per plura iura, & habetur in d. c. at si cle-
 rici. per gl. & Doct. in §. de adulterijs. de iudic. nam A-
 postolus dicit, omnia m̃hi licent. c. aliud. 11. q. 1. nec
 obstat d. §. de adulterijs. ut ibi no. per gl. Sed ī casu no-
 stro non reperit ep̃s prohibitus dispensare, imō videt̃
 permittus, cum dispensatio dicatur fieri respectu or-
 dinis, & non respectu aetatis, ut in d. c. prae-
 terea. ibique Abb. ergo episcopus poterit de iure dispensare per se
 etiam absque consensu patronorum, & ex his respon-
 sum est primo argumento supra pro cōtraria opinio-
 ne facto. ¶ Prae-
 terea fortē non erraret, qui diceret, q̃
 etiam solus episcopus sine consensu patronorum
 potuerit cum dicto Dom. Vincentio dispensare, ut ex
 praedictis potest inferri, & videtur esse de mente Abb.
 in d. c. cum venissent. ibiq; Fel. in 8. & 9. col. vbi plura
 adducit, quae inferre videntur, quod episcopus ex cau-
 sa possit disponere de beneficio patronali aliter, quā
 eius natura exigit etiam inuito patrono, ut ibi: sed in
 hoc casu extabat iusta causa dispensandi, quia Dom.
 Vincētius erat de casata, & de sanguine patronorum,
 qui beneficium fundauerūt, ut supra dictum fuit, ma-
 ximē in fine primi dubij, ergo &c. Suaderi etiam hāc
 possunt, quoniam per dispensationem huiusmodi in
 casu nostro nullum praedictum graue potuit inferri
 patronis, nec iuri praesentandi ipsorum, immō inter-
 fuit sua potius dictum Dom. Vincentium admitti,
 quā dictum Hieronymum extraneum, ex quo erat
 de casata, & de sanguine patronorum, immō vnus de
 patronis, per supra saepius dicta. Et ¶ ratione praedi-
 cij, quod potest inferri patronis, seu iuri praesentandi
 ipsorum in actibus, qui fiunt de beneficio patronato,
 debet requiri, & interuenire consensus patronorum.
 Hinc videmus, quod ¶ in vnione, quae fieret de eccle-
 sia patronata, requiritur consensus patroni, ad tradi-
 ta per Card. in clem. si in prin. in fina. verb. de reb. ec-
 clef. non alien. & per Fel. in d. c. cum accessissent. co-
 lu. 7. qui plures allegat. idem ¶ in subiectione, quae fie-
 ret de ecclesia patronata, ut per Card. in cle. 2. in 11.
 not. de relig. dom. similiter in permutatione, quae fie-
 ret de beneficio patronato, ut per Cald. in consi. 2. in
 ritu. de rer. permut. cum multis similib. quae allegat ad
 hoc Fel. in d. c. cum accessissent. in fi. 7. col. eodem mō
 si ¶ episcopus veller ecclesiam patronatam simplicē
 erigere in collegiatam, ut per Bald. in l. si quis presby-
 ter. in 3. not. C. de epif. & cler. aut veller illam erigere
 in cathedralem secundum Pet. de Anch. in c. cum in
 ferior. de maior. & obed. & per Fel. in loco praallega-
 to. nam in his casibus requiritur consensus patrono-
 rum, & ¶ fm aliquos etiam in alienatione rerum ec-
 clefiae, iuxta ea, quae habentur in c. filijs. 16. q. vlt. & in
 c. cum & plantare. §. in ecclesijs. de priuil. quamuis in
 hoc vltimo plures contrarium teneant, ut per Andr.
 Barb. in d. c. cum accessissent. in 7. col. sed primum est
 de mente Spec. in titu. de emptio. & vendit. in §. vlti.
 vers. ceterum. quoniam ex istis actibus fit praedictū
 patronis, & iuri praesentandi, ut in c. nobis. cum ibi no.
 de iu. patr. ac etiam ecclesiae, quae sic d̃r quādam quasi
 capitis diminutionem pati, ut per Card. in d. cle. si. de
 reb. eccl. non alien. quod non contingit ex disp̃n-
 satione facta per episcopum, per quam habilitatur quis
 ad beneficium simplex, quod habet annexum ordi-
 nem sacrum, & maxime quando habilitaretur is,
 qui

qui esset de casata, & sanguine fundatoris p prædicta.
 63 ¶ Hoc ē demonstratur alia rōne, nam ¶ ius patroni
 est limitatū solum ad actum præsentationis, ut in c.
 nobis, & c. si de iu. patr. item ad actum percipiendi ali
 menta, secundum quod habetur in d. c. nobis, & in c.
 quicunque. 16. q. 7. Item quo ad actum processionis,
 ut in d. c. nobis, & in c. pia mentis, cum seq. 16. q. 7. &
 habetur per Doct. oēs in rub. de iu. patr. Item est limi
 tatū in providendo, ne sine causa ecclesiæ status mu
 tetur, & quodammodo quasi capite minuatur, ut q
 non uniatur, uel subijciatur alteri ecclesiæ, uel eriga
 tur in cathedralem, uel collegiatā, ut iam dictū fuit,
 adducendo casus, in quibus requiritur consensus pa
 tronorum, quando perpetuū mutaretur, & alteraret
 status, seu qualitas, uel natura, & conditio ecclesiæ,
 non autem reperitur limitatum ius patroni ad actum
 dispensandi, quando per dispensationem non perpe
 tuū mutaretur, seu alteraretur, sed ad tempus, & pro
 una uice tantū, ergo ad hunc actum non debet exten
 di ius patroni, ut requiratur eius consensus in dispen
 satione huiusmodi, quia quod non dixit canon, nec
 nos debemus dicere. arg. c. ad audientiam de decim.
 & in l. unica. §. ubi autem. C. de cad. toll. l. si seruum. §.
 non dixit prator. ff. de acq. hered. l. illam. C. de colla
 quinimmo de iure iusto casu dispensatio, seu ius dispen
 sandi ipsi episcopo expressē vī permissum, ex quo di
 citur fieri dispensatio pro una uice, & non perpetuū
 solū respectu ordinis, & non ætatis, per ea, quæ supra
 dixi. argum. d. c. præterea cum si. & ideo videtur, q in
 illa non requiratur uoluntas, nec consensus, seu præ
 sentia alicuius, quia ¶ dispensatio, quæ dicitur gratio
 64 sa, debet esse libera. argu. l. donari. ff. de dona. & ideo
 ad illam non debet aliquis citari, nec in ea requiritur
 præsentia alicuius, sed dependet à mera liberalitate
 dispensantis, ut uoluit Bal. in addi. ad Spec. in tit. de
 dispensatio. Inn. & Io. And. in c. ueniens de filiis presb.
 & Spec. in d. tit. de dispen. in §. qualiter. verū dicit au
 tem & c. Quicquid autē sit, ex quo in casu nostro in
 teruenit consensus patronorum in huiusmodi dispen
 satione mediantibus eorū procuratoribus, ad quorū
 petitionem, & instantiam facta fuit dispensatio p epi
 scopum de dicto Do. Vincentio, qui consensit dictæ
 dispensationi, & illi fuit præsens, eam ab episcopo pe
 tendo, & acceptando, cuius consensus pro una uoce
 connumeratur, & computatur, maxime quo ad actū
 petendi dispensationem, ueluti dixi in primo dubio
 in responsione primi contrarij per plura, quæ ibi alle
 gaui. & arg. not. per Abb. in c. per nostras. de iu. patr.
 cessant difficultates proximè relate, quoniā omnes
 Doct. conueniunt in hoc, q interueniente consensu
 patronorum ep̄s in casu nostro possit dispensare tali
 ter, q simplex clericus in minoribus constitutus pos
 sit admitti ad beneficium simplex, quod habet ordi
 nem sacrum annexum etiam absq; alia iusta causā, ut
 per Abb. & omnes. in d. c. cum accessissent. Vidēdum
 tamen est, an in casu nostro dicatur interuenisse con
 sensus patronorū legitimus, & sufficiens, ex quo in
 teruenit mediantibus eorum procuratoribus, & an
 dicti procuratores sufficiens mandatū ad hoc habue
 rint, de quo in frequenti dubio dicitur. ¶ Et sequēdo
 hanc opinionē alius in contrarium adductus potest re
 sponderi, & præsertim dum dicebatur, q uoluntas te
 statoris pro lege est seruanda, & in forma specifica, er
 go ep̄s contra illā non poterit dispensare, sicut nō di
 65 spensat contra legem, seu canonem, nam ¶ hoc uerū
 esset, quando uellet episcopus dispensatiue contra di
 spositionem testatoris uenire, illam in totum suppri
 mendo, secus si pro una uice tantum, alterādo dispo
 sitionē testatoris, & maxime quando hoc faceret cū
 cōsensu patronorū, p ea, quæ uoluit Calde. & clarius

Felin. in d. c. cum accessissent in 7. col. & dictum est
 66 pra. Præterea ¶ episcopus dispensando pro una uice
 non dicitur impugnare, nec tollere uoluntatem testa
 toris, nec canones, nisi expressē à canone, seu à iure
 ipsi episcopo esset interdicta potestas dispensandi, ut
 dicit Spec. in tit. de dispen. in loco præalle. Vnde di
 pensatio dicitur prouida iuris communis relaxatio,
 seu est rigoris iuris canonice facta relaxatio, ut not. p
 glo. in §. nisi rigor. 1. q. 7. ¶ Non obstat tertium funda
 mentum, quod prima facie multum vī stringere de
 notatis p gl. in c. 1. de filiis presb. in 6. ver. in tale, ut su
 pra induxi, quia fateor id, quod uult ibi gl. uidelicet,
 episcopum non posse dispensare cum eo, qui patitur
 defectum natalium in beneficio, quod habet anne
 xum ordinem sacrum, quoniam ex quo cum illo nō
 potest dispensari in ordine sacro, non poterit etiam
 67 dispensari in beneficio habente ordinē sacrum, ¶ sed
 cum alio, qui defectū natalium non pateretur, episco
 pus benē poterit dispensare in beneficio habente ordi
 nē sacrum annexum, nā cum tali potest dispensare
 in ordine, ut in c. præterea. de ata. & qual. cum simil.
 supra allegatis, ergo & in beneficio habente ordinē
 annexum dispensare poterit. Et sic non possumus in
 ferre ex ijs, quæ ponit gl. in d. c. 1. ad casum nostrum,
 quoniam ex diuersis non est bona illatio, iuribus vul
 68 garib. ¶ longē. n. maius est pati in natalibus, q in æta
 te, item quā in ordine solo, qm qui patitur in natali
 bus, est omnino incapax ordinis, & beneficij, ut p to
 tum. extra de filiis presb. yte. sed qui patitur in ordine,
 seu in ætate respectu ordinis sacri, nō dī omnino in
 capax, quia ad aliqua beneficia potest admitti, ut not.
 in d. c. si eo tempore cum simil. facit etiā id, quod no
 gl. in c. unico. de ata. & qual. in uer. canonica, quæ p
 supponit maiorem esse defectū natalium, q ordinis,
 seu ætatis, & habetur etiam per gl. in d. cap. 1. de filiis
 presb. in 6. in uer. sedis. ¶ Non obstat quartū, & quin
 tum argumentum, quia illa procedunt, quando per
 episcopum dispensaretur in ætate, & in ordine simul,
 uel saltem in ætate, quoniam episcopus tunc non pōt
 de iure dispensare, ut supra, sed in casu nostro episco
 pus solum dī dispensare in ordine, seu sup defectū or
 dinis, qui erat annexus beneficio, non aut super defe
 ctū ætatis, nā ætas erat legitima respectu beneficij sim
 plicis non habentis administrationē, cū maior septē
 nio dicatur idoneus, ut habetur in d. cap. præterea per
 Abb. & in d. c. si eo tempore, & in d. c. ex eo cum gl. &
 ideo in casu nostro, cum Do. Vincentius esset 13. an
 norum, secū dī dispensari non respectu ætatis, sed re
 spectu ordinis sacri tantū, quem beneficium habebat
 annexum, quæ dispensatio respectu ordinis ep̄o de iu
 re dicitur permissa, ut in d. c. præterea, ibiq; Abb. & fa
 rentur omnes Doct. ¶ Venio ad tertium dubium, an
 patroni in casu nostro legitime dicantur consensisse
 mediantibus eorum procuratoribus, & consequen
 ter, an procuratores dicantur sufficiens mandatū ha
 buisse, an uerō necessarium fuerit ad hoc speciale mā
 datum: Et uidebatur dicendum, q ex quo agi uideba
 tur de præiudicio ecclesiæ, quod parer, quia ad tollē
 dum, & alterandum qualitates, & condiciones anne
 xas beneficio necessarius est consensus patronorum,
 ut per Cald. Abb. Imol. & alios in d. c. cū accessissent.
 69 de constit. ¶ qui consensus patronorum non adhibe
 tur, nisi in actibus ecclesiæ præ iudicialibus, ut in d. c.
 filiis. 16. q. 7. & probatur ex ijs, quæ supra dicta sunt de
 unione, & subiectione ecclesiæ, ac de alijs, necessariū
 fuerit speciale mandatū, non autem satis fuerit gene
 70 rale, sicut dicimus ¶ ad præsentandū debere dari spe
 ciale mandatū, & non sufficere generale cum libera,
 ut in c. dilecto. extra de testib. & ibi ponderat Fel. & hī
 per Pau. de Cas. in cons. 57. incip. yncrabilis vir & c.
 & ratio

71 & ratio potest esse, nam si dispensatio dicitur esse gratia; & procedere ex quadam liberalitate gratiosa in casu nostro, & sic vult quodam donatio arg. eorum, quae uoluit Bar. in addit. ad Spec. in tit. de dispens. & c. consilium nibus. extra de donat. & per Abb. in c. suscitata. in 2. col. de resti. in integ. gl. in cle. 2. de offi. uic. & in c. relatum. ibi; Imo. de prae. Sed si ad donandum requiritur speciale mandatum, ut in c. si. de offi. uic. lib. 6. l. cōtra iuris. si filius. ff. de pac. & faciunt not. per Imo. 73 in c. si. de concess. prae. ergo & c. Præterea ad petendum dispensationem in personam electi requiritur mandatum speciale, cum generale ad petendum confirmationem electi non sit sufficiens, ut per Abb. in d. c. suscitata. in 2. col. per Inno. in c. innotuit. de elect. 74 Item si ad petendum, & impetrandum dispensationem super natalibus, speciale mandatum requiritur. Spec. in tit. de procur. in §. 1. in uers. 24. & Bald. ibi in addit. Item & generaliter ad petendum dispensationem pro aliquo requiritur speciale mandatum, ut in c. nonnulli. de refer. & per Spec. in tit. de procur. §. 1. in uers. 21. in 3. col. ¶ Sed prædictis non obstantibus, cōtrarium est uerius, uidelicet, qd patroni legitime cōsenserunt dispensationi factæ de Dom. Vincentio, ex quo Vincentius est unus de patronis, & ipse petijt secum dispensari, & duo alij patroni mediātibz eorum procuratoribus dispensationi factæ per R. Do. Vicarium consenserunt, & consequenter dispensatio facta dicitur cum consensu trium patronorum, & sic maioris partis eorum, cum tantum essent quatuor patroni, ad quos ius præsentandi spectaret, quia, ut dictum fuit proxime in præcedenti dubio, consensus dicti Vincentij connumeratur pro una uoce saltem quoad actum petendi dispensationem, & consentiendi dispensationi factæ, ueluti etiam dixi supra in primo dubio circa responsum primi contrarij: Sed tota huius dubitationis difficultas dependet ab hoc dubio, an in casu nostro procuratores, qui habuerunt mandatum speciale ad præsentandum cum clausulis, de quibus in eo, dicantur habuisse sufficiens mandatum ad consentiendum dictæ dispensationi: Et quamuis ex præmissis uideatur dicendum, qd non, tñ contrarij est uerius, si quia in instrumento mandati facti per la cobum de Donnolinis unum ex patronis plura fuerunt specialiter expressa, quæ exigunt speciale mandatum, uidelicet, qd procuratores haberent mandatum ad præsentandum, quod de iure exigit speciale mandatum, ut supra dixi, item ad petendum eum confirmari, & ad rectoriam altaris iustitui, quod etiam requirit speciale mandatum, ut per Abb. in d. c. suscitata. & per Host. in d. c. innotuit. item ad substituedum aliū, seu alios procuratores, quod similiter exposcit speciale mandatum, ut in c. 1. de procur. lib. 6. Et adiecta fuit clausula generalis, & ualde prægnans, uidelicet & gñaliter ad omnia, & singula alia facienda, quæ specialiter exigunt speciale mandatum, & si illa essent maiora expressis, & ad omnia gerendum, & faciendum, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita, & opportuna, & qd ipsemet constituens & c. Ex quibus inferitur, qd huiusmodi mandatum extendi debet et ad actum petendi dispensationem, & ad illi consentiendum, quamuis hoc mandatum speciale requireret per ea, quæ not. uoluit Io. de Imol. in c. si. de concess. prae. per tex. in c. qui ad agendum. de procur. in 6. qui dixit, qd quamuis pñtare requirat speciale mandatum, ut supra, tamen si aliqui fuerint specialiter expressa, quæ mandatum exposcunt speciale cum clausula illa generali, uigore illius mandati procurator poterit pñtare, ergo & si petere dispensationem, illiq; consentire, quia hoc est minus, quam pñtare, ad quod faciunt et ea, quæ habentur per D. Card.

& Imo. in cle. non potest. de procuratorib. quæ uideatur. Præterea ultra illam clausulam generalem, & generaliter ad omnia alia, quæ posset facere dictus constituens, & si essent talia, quæ requirerent speciale mandatum, & maiora expressis, adiecta fuit illa clausula, & ad faciendum omnia, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita, & opportuna, per quam clausulam uel data præsumitur petendi dispensationem, & illi consentiendi, quia in terminis nostris, ex quo præsupponitur beneficium esse sacerdotale, ad illud non poterat admitti D. Vincentius in minoribus constitutus absq; dispensatione, ut supra in alijs dubijs dictum fuit: & sic dispensatio dicitur de necessarijs, & opportunis, ac de requisitis ad ipsam pñtationem, & institutionem, seu cōfirmationem faciendam de persona D. Vincentij, ergo dicitur data præsumitur petendi dispensationem: Et hoc maxime dicendum est in casu nostro, ex quo ultra specialiter specificata, quæ exigunt speciale mandatum, duplex clausula generalis, & multum prægnans fuit in mandato expressa: quæ duplex clausula generalis, & geminata de hoc operari, quod non fuisset simplex clausula generalis operata. arg. eorum, quæ habentur maxime per Fel. in c. si cautio. de fid. instr. ¶ Rursus considero, qd quamuis ad impetrandam, & petendam dispensationem nomine absentis requiratur, qd procurator habeat ad hoc speciale mandatum per ea, quæ supra dixi, tamen quantum ad consentiendum ipsi dispensationi factæ per episcopum, uel eius vicarium ad instantiam, & petitionem domini, qui constituit procuratorem, præsentis, & acceptantis, sufficit generale mandatum cum libera, nec erit necessarium mandatum ad hoc speciale, qm iure cautum non reperitur, qd ad consentiendum dispensationi requiratur speciale mandatum, sed solum ad petendam, & impetrandam dispensationem nomine dñi absentis: Et ideo, qd non reperitur iure cautum, & qd non dixit lex, nec nos debemus dicere, iuribus uulgaribus, quæ alijs supra allegauimus: nam generale mandatum semper sufficit, nisi in ijs casibus, in quibus lege, & iure cautum est, quod speciale requiratur, ut not. in l. Pomponius. in princ. ff. de procur. Spec. in tit. de actore. in prin. col. 14. in uers. sed quid si pater, & c. Quantum uero est respectu mandati facti per Ioanninum de Donnolinis alterum patronum, non est opus insistere, nec super eo disputare, quoniam specialiter factum fuit ad impetrandum & petendum dispensationem, quatenus beneficium esset sacerdotale. Et hæc sufficiant quoad istud dubium. 77 ¶ Cipro ultimum, in quo concludo, si presentationem, & institutionem secundo loco factam de D. Hieron. de iure non esse ualidam, immo ipso iure nullam, in primis, quia facta fuit non citato nominatim ipso D. Vincentio prius præsentato, & instituto. arg. eorum, quæ habentur in c. si. de elect. lib. 6. ubi gl. & Doct. dicunt, illum tex. cum ibi not. habere locum etiam in pñtatione. Præterea si Dom. Vicarius, qui primo præsentauit, processit cum causæ cognitione, uidelicet citatis citandis. & eo modo, quo de iure citari debebant, iux. tex. in d. c. si. in fi. & diffinitiuè pronuntiando admisit dictum Vincen. illumq; instituit, ut in sententia lata ad fauorem dicti D. Vincen. apparet: Et propterea sequitur, qd talis pronuntiatio habet uim diffinitiuæ, & reuocari amplius non potest per ipsum episcopum, seu eius Vicarium, ex quo semel functus fuit officio suo diffinitiuè pronuntiando. arg. l. iudex postquam. ff. de re iud. Ita dicit gl. in d. c. si. in uers. manes. scilicet si sine causæ cognitione processisset, quia non haberet uim diffinitiuæ, sed interlocutoria, ut ibi per gl. Vnde sequitur, qd institutio, & sententia lata super præsentatione, & institutione facta ad fauorem D. Hieronymi

nymi non valuit, tanquā lata ab eo, qui amplius nullam habebat super hoc potestatem, ex quo semel functus fuit officio suo. arg. in d. l. index postquam: Item quia dispensatio semel facta reuocari non potest cōtraria voluntate dispensantis. gl. in c. ex eodem. de elect. in sexto. ¶ Rursus ꝑ secunda presentatio, & institutio valet post primam presentationem, quæ habuit institutionem episcopi, quando prima presentatio, & institutio facta fuit de nō idoneo, alioquin si sit facta de idoneo, secunda institutio, & presentatio dī inualida, & nulla, vt in c. quod autem. de iur. pat. vbi Abb. in ver. si. & aduerte. & c. dicit, qd ꝑ sola institutione primus institutus consequitur ius plenum in beneficio, vt in c. si tibi absenti. de preb. in sexto. ita qd post illam institutionem non valet institutio alteri facta etiam cum traditione possessionis, quāvis aliud sit in rebus prophanis. arg. l. quoties. C. de rei vend. ergo a fortiori secunda institutio erit nulla, si primo institutus fuit immissus in possessionem, ex mente Abb. ibi: Sed in casu nostro D. Vincentius fuit idoneus ad hūmōi beneficium de iure cōi, vel saltem ex dispensatione sibi concessa, quæ fuit legitima, & de iure valida, vt ex præmissis apparet, ergo secunda institutio nulla fuit. ¶ Nec obstat, qd secunda institutio debet dici valida, ex quo prima fuit ipso iure nulla, & de eius nullitate notoriē constabat, & ideo secunda fieri potuit nō citato dicto D. Vincētio prius presentato, per ea, quæ voluit Bal. in consi. suo 283. in 4. vol. & facit rex. in c. qm. extra de fil. presb. quia rīdetur verum non esse, qd prima pñ ratio, & institutio fuerit nulla, immō valida, & legitima, vt plenius supra deductum fuit: Et posito illā fuisse nullam (quod negatur) tamen non dī notoriē nulla, quoniam ex multis iuribus, & rationibus supra per me alleg. saltem infertur, qd de nullitate illius notoriē non constet. Quare debuit dictus Do. Vincen. primo loco presentatus, & institutus citari. arg. tex. cum si. in c. licet episcopus. cni. ibi not. per gl. & Doc. de preben. in sexto. Ex quibus omnibus prædictis conclusio dictum D. Vincentium legitime presentatum, & institutum fuisse, ac esse potiorē, & consequenter ipsi D. Hieronymo præferendum. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Iuris patronatus quasi possessio probatur ex presentationibus.
- 2 Presentatio est fructus iuris patronatus, & ad eum, qui est in qua si possessione iuris presentandi cum bona fide, spectare debet.
- 3 Ius patronatus ex antiquissima quasi possessione, probatur etiam per famam, & indicia, maxime quando de iure patronatus alterius non constat: Et an sit verum. num. 8. vsque ad nu. 14.
- 4 Rector ecclesiæ similis est usufructuario, vel usufructuario, Et quomodo. num. 26.
- 5 Possessio, vel quasi longissimi temporis quando ius, & titulum, ex quo dominium, & causa proprietatis acquiri possit, probet, & quando non. & num. 14.
- 6 Ius patronatus ex quibus alicui in ecclesiā constitutum, seu acquisitum dicatur.
- 7 Construens, fundans, vel dotans ecclesiā ius patronatus non acquirit, nisi hoc animo expresso illud acquirendi, & de consensu episcopi fecerit.
- 8 Ius patronatus aduersus ecclesiā, seu cappellam, ac etiam aduersus patronum ex cursu longissimi temporis acquiri non potest.
- 9 Nisi esset cursus tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non existeret.
- 10 Ius ecclesiasticum, seu spirituale contra regulas iuris communis sine titulo, quo temporis cursu præscribi possit.
- 11 Ius patronatus de iure communi laicis non debetur, neque acquiritur, nisi ex quadam gratia, & contra iuris regulas.
- 12 In ecclesiā regulari cappella hodie constitui non potest, cui clericus secularis præsebe debeat.
- 13 Ius patronatus in ecclesiā, & cappella, quomodo, & quo temporis spatio præscribi possit.

- 14 Titulus principaliter allegatus quando, & ex quo cursu temporis probetur, & presumatur.
- 15 Ius patronatus, quando, & quomodo ex re data ecclesiæ acquiritur.
- 16 Presentatio, & institutio ad ecclesiā facta expressē contra prohibitionem canonis est ipso iure nulla, nullumq; ius ex ea acquiritur.
- 17 In iure patronatus cappella, vel altaris cum constructore illius concurrat etiam ecclesiā principalis, in cuius solo, & fundo cappella fuit constructa.
- 18 Et inuita ecclesiā, vel eius rectore constructor non potest in hac cappella aliquid facere.
- 19 In re communi socius non potest inuito alio socio quicquam facere, & melior est conditio prohibentis, & quando.
- 20 Ecclesias, & cappellas reparari facere ad episcopum, & non ad patronos spectat.
- 21 Patroni ius edificandi in ecclesiā non habent, & quæ iura habere dicantur.
- 22 In iure patronatus non datur petitorium, nec possessorium.
- 23 In quasi possessione iuris presentandi existens non dicitur quoad alios effectus esse in quasi possessione iuris patronatus, vt ultra presentationem alia facere possit.
- 24 Causa proprietatis probata ante discussionem causæ possessorij ab sorbet causam possessionis.
- 25 Ius patronatus ad heredes transit.
- 27 Vsi fructuarius an simpliciter, & indistincte in re possit edificare.
- 28 Ecclesiā sine consensu episcopi non est reparanda.
- 29 Rectori ecclesiā alterare, aut aliquid in ea facere non est permissum, nisi de scientia, & consensu patroni saltem ecclesiastici.

E P I T O M E.

Ex sola quasi possessione presentandi etiam longissimi temporis ad cappellā in ecclesiā regulari positā nō probari ius patronatus laicis cōpetere ꝑtra ecclesiā, in cuius solo, & fundo cappella est constituta, nec patronos, seu eos, qui in dicta quasi possessione presentandi existunt, nec presentatum ab eis posse in dicta cappella libere edificare, aut aliud facere, inuita dicta ecclesiā, hic probatur.

CONSILIVM VI.

IN causa iuris patronatus cappellæ Sanctæ Iulianæ inter Abbatem ecclesiæ Sancti Stephani ex una, & illos de Leonorijs ex altera pendente, prima facie videtur dictum, quod dicti de Leonorijs sint in quasi possessione iuris patronatus, & sic ad eos libere spectet edificare, construere, & arma eorum in dicta cappella imponere, tanquā ad veros illius patronos, in primis, quia constat dictos de Leonorijs esse in quasi possessione iuris pñtandi, vt per plures pñtationes per eos factas de rectore ad dictam cappellam vacātem, de quibus in processu apparet, ꝑ ex quibus probatur quasi possessio iuris patronatus, vt in c. si. & in c. cōsultationibus. cum ibi no. de iur. patro. Et habetur in c. querelam. de elec. ꝑ pñtatio. n. est fructus iuris patronatus, vt in d. c. si. & not. in c. cum Bertoldus. de re iudi. & ideo debet spectare ad eum, qui est in quasi possessione iuris pñtandi cum bona fide, vt in d. c. cōsultationibus. & ponitur in c. cura. & in c. ex literis. de iur. pat. Et ꝑ istud sit ius patronatus antiquissimum, & ab antiquo tpe citra præfati de Leonorijs fuerint in quasi possessione, ex hoc probatur ipsos esse patronos, & maxime cum de iure patronatus alterius personæ non constet, per ea, quæ notabiliter voluit Bal. in l. cū super. C. de rei vend. & in auth. quas actiones. in fi. verb. C. de sacros. eccl. qd ad probandum ius patronatus valet antiquissima possessio, & sufficit probatio præsumptiua per famam, & per indicia: & dicit Abb. in d. c. cōsultationibus. & in d. c. querelā. de elec. qd quando non apparet de iure patronatus alterius, ille censendus est patronus,